

OTIA I

Permagni, cum in omni uitae usu, tum maxime
in ducendis flectendisque hominum animis, re-
fert, naturam indolemque hominum explorari

II

In regundis hominum animis Orator, nullo argu-
mentorum, quae tractat, discrimine, occupatur in
primis

III

Oratorem appellamus, qui facultatem habet dicen-
di ad persuadendum accommodate

IV

Ex qua quidem definitione etsi omnia dicendi pree-
cepta manant, ea tamen hic tradere, nostrum non
est, sed, ab aliis iam tradita, ad suum quodque
fontem rationemque reuocare

V

Persuadere nobis est, alterum, beneficio eloquenti-
ae, ad probandam amplectendamque sententiam
nostram perducere

VI

Huc autem perducitur ille, cuius & intellectui sa-
tissit et uoluntati

VII

Oratoris ergo cum sit persuadere, nec uero, eius
rei perficiendae caufsa, corporis nulla prorsus
habenda ratio sit, Orator, oportet, utramque, qua
constat homo, partem pernoſeat, ex eaque notitia,
suas, quas agere debet, partes metiatur

VIII